Universitätsbibliothek Paderborn

Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri tres

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

De anime libertate ca.v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Visual Library

ones, angeloꝝ etiam ritus et officia, propter ſui pedis morbum im-
mutari. Quod q̄ꝫ alienuꝫ ſit a recta ratione breui exemplo dignoſci-
to. Si in cithara ad cõcinitateꝫ redacta neruꝰ vnus conqueratur, ⁊
dicat ſe nimiuꝫ tendi rogetqꝫ ſe paruꝫ remitti. Quid putamꝰ citha
rędoꝫ reſponſurũ. niſi totiꝰ citharę magis q̄ꝫ nerui vniꝰ rationeꝫ ha
bẽdaꝫ. Sic profecto Deus ordinẽ mundi et naturarũ, ex quibꝰ mũ
dus conſtat, curam gerere et debet et gerit. Quod ſi cõtra nitaris, ⁊
obijcias vniuerſi ordineꝫ opitulari ſingulis debere non obeſſe, quem
admoduꝫ in optima republica, ſic commune bonum adminiſtratur
vt ſinguli in pace ſine iniuria viuant. Nec enim alterius rei gratia
principes ac magiſtratus creãtur niſi vt ſingulis bene cõſulatur.
Sicut de Solone Salaminio dicit, ꝙ tanto prudentię tempera-
mento leges Athenieñſibus dedit, vt parem gratiam a ſenatu ⁊ a ple-
be cotraxerit, Quod ſi tantę (vt ita dicã) conditurę fœlicitas ab ho
minis potuit prodire conſilio, quid humano generi preſtare debuit
Dei prouidentia, cuius eſt ad noſtrã nulla ꝓportio? Nonne potuit
et omnibꝰ ſimul et ſingulis bene cõſulere? O homo bulla, q̊ naſcen-
do moreris, et florẽdo marceſcis, tãta ne cõtra auctoreꝫ tuuꝫ ſurgis
audacia, vt ei ſuccenſeas, et velis in euꝫ exercere cenſurã? Pone hãc
vaniloquẽtiaꝫ, et recordare dicti illius Seneſeos. Vidit deꝰ quę fe-
cerat, et erãt valde bona. Sed an cõdere potuit meliora, non defuere
theologi qui diſceptarint, cõcludamus ergo nobis quidem a deo be-
ne cõſultum: Sed quoniaꝫ vt Ariſtoteles inquit. Intellectꝰ noſter
in cauſas altiſſimas ita fertur, ſicut nicticoracis oculꝰ in lumen ſolis
non poſſe nos cõſiliũ diuini rationeꝫ ſcire, ⁊ propterea dictũ a Chrõ
neſcitis q̊d petatis. At dices iteruꝫ ſi naturaꝝ ordinẽ ⁊ operatiões
violari nefas eſt, nõ licebit infirmo votis et precibꝰ cũ deo de impetrã
da ſanitate tractare. Cui obiectioni rñdebo. Licere q̊deꝫ ſuppliciter
ac moleſte petere, et q̊d petitur, ſi datur. cũ grãꝝ actione recipi debe-
re, ſi nõ dat, cõqueri non licere, iſtorſuꝫ mea intẽdit oratio

De animę libertate Caput vi.

COrporum hęc cõditio, animi ꝟo natura libera, immunis in-
genua, et ab erũnis excluſa corporeis, nec cœlo regit̃, nec ele-
mẽtis ſeruit, et ſi propter appetit⁹ connexionez q̇ corporeis qualita-
tibus eſt ſubdit⁹ in peius ſꝑ inclinat̃, in manu tñ cõſilij ſui eſt, corp⁹
naturalibus reb⁹ et deo, anima ꝟo ſibi et deo ſubeſt. Propterea vtrũ-
qꝫ ſecũduz diuerſas tranſlationes legim⁹ in pſalmo, latini ſic legũt
Aĩa mea ĩ manib⁹ meis ſꝑ Greci ãt ſic Ηψυ χημου ερταισ
χερσι σου hoc eſt in manibus tuis .i. dei, nrę tñ trãſlationi, cõ-
cordãt Hebręi apud q̃s legitur napſibe caphi, q̃d eſt aĩa mea in ma-
nu mea. Plotin⁹ in libro de ꝟtutib⁹ dicit. Aĩaz non habere ſupra ſe
naturã niſi deuz, a quo ſicut luna a ſole virtutẽ mutuat̃ et lumen,
nec ab ijs multũ diſſidet qđ Ariſtoteles đt in politicis, rationem: ſ.
principatu politico appetitui, corpori ꝟo deſpotico imperare inter
hos duos p̃ncipat⁹ hoc intereſt, ꝙ in deſpotico hoc eſt herili (nã grę-
ci dñm Δεσποτιαυ vocant) iugum ſeruitutis eſt grauius ſi-
cut ſeruiuit Iſrael in Aegypto, et hoc ius habz anim⁹ in corp⁹, in a-
nimã ꝟo ſicut et in angelos ſol⁹ deus. Vñ ſicut in Apocalypſi legit̃
Ioãni ab ãgelo quẽ adorare volebat reſpõſuz eſt. Vide ne fęceris cõ
ſeruus.n. tu⁹ ſum, ſed in hac dei ſeruitute ſumma libertas eſt, qꝛ deo
ſeruire, eſt cuz eo regnare. In politico aũt ſubditi aliq̃ñ pñt et cõtra
dicere p̃ncipib⁹ et aduerſari, ſicut et appetitus rationi. Hanc etiam
ob cauſaz ſpirit⁹ prõpt⁹ et caro infirma vocat̃ a Chriſto Corp⁹ eſt igi
tur vile mãcipiuz, anim⁹ ãt ſemꝑ et vbiqꝫ p̃ncipat̃, corpuſqꝫ ſuuz re-
git et poſſidet. At nos q̇ pro inſcitia ac demẽtia nr̃a magis corp⁹ q̃ꝫ
aĩam colim⁹, cõcupiſcẽtijs nr̃is illecti et abſtracti deuz ſubornare et
pueriliter ac inepte ſupplicãdo in ſñiaz nr̃az conamur attrahere. At
ſicut neqꝫ pater filio ſꝑ indulgz, ſic neqꝫ de⁹ nos ſꝑ exaudit. Propte
rea filijs Zebedei honorez ambiẽtib⁹ ꝓmiſit martyriuz, ac ſi diceret
vos ſalutis vr̃ę ignari, ea tm̃ quę ſunt corporis infantiliter petitis,
ego ãt q̇ tanq̃ꝫ opifex figmẽtuz veſtꝝ intelligo, et tanq̃ꝫ pater veraz
veſtrã ſalutẽ in q̇ro, corpore (cui⁹ natura caduca eſt) contẽpto, circa

ta quę animi ſunt laboro Exuendę ſꝫ igitur hm̄oi cogitatiões De⁹ vt nr̄i misereať orãdus. Et in hoc maxime audiẽdus ẽ Socrates, q̄ nihil vltra a dijs ptendū arbitrabať, q̄ȝ vt bona tribuerẽt. Nos aūt id plerūq̄ȝ votis expetere quod nõ impetraſſe meli⁹ foret, Ipe em̄ de⁹ fecit nos et nõ ipſi nos, ſub potẽti manu ei⁹ humiliari nos decet. Ipſi em̄ eſt cura de nobis, et vt Jacobus inq̄t, expectat a nobis fructuȝ nr̄m temporaneuȝ et ſerotinuȝ. Euȝ. ſ. queȝ Maius, et quē Septēber afferat, quę ſunt ꝑ metaphorā dicta, vt per hęc intelligamus ⁊ euȝ fructuȝ queȝ adoleſcẽs adhuc in iuuẽta, et euȝ quē ętas in occaſuȝ vergens, et in morteȝ iā inclinata producat

An diſtributio cõplexionū ꝓcedat a fortūa vl' a caſu. et q Ariſtoteles fortunā male deſcrpſit. CC. vi

VIdes igitur quę ſit ꝯplexionuȝ rõ diuerſaꝝ, quę ſi patreȝ qui generat mortalē inſpicias, veniēt a fortuna. ſi xo ad angelos q̄ mūdo pręſunt, ſi ad deuȝ reruȝ opificeȝ ſpectes, nec fortūa nominãda, nec caſus. Id nanq̄ȝ a fortuna factuȝ d̄t Ariſtoteles, q̄d efficiens duȝ aliud quidpiā optat, effęcerit. Vt foſſor ſi duȝ plātandę vitis grā ſcrobeȝ facit, theſaurū reperiat, theſaurus inuẽtus a fortuna diceť, et ipſa fortūa, ipe foſſor erit. At de⁹ qui (vt Auguſtin⁹ inquit) nõ aliter nouit facta q̄ȝ fienda, nunq̄ȝ agere ſic pt, vt duȝ vnuȝ intendit, aliud faciat, hoc nobis argutulis, ſed re vera parū cernentibus, et vt plurimū halucinãtis accidit, ſi em̄ foſſor theſaurum hic latere nouiſſet, iā non propter aliud, ſed ipius theſauri grā fodiſſet, eſſetq̄ȝ theſauri inuẽtio nõ fortuita ſed a propoſito fodientis intẽta, ꝓpterea dicit Ariſtoteles, Vbi maior intellect⁹ ſit, eſſe fortunā plerumq̄ȝ minorem, quod ego pro captu meo ſic intellexerim, intellectui qualis noſter ē, qui ſibi quę euẽtura ſunt parum videt, pręter propoſitū multa cõtingunt. Nā fallax iſta rerum mobilitas, et inconſtans mūdi fluctuãtis ingeniuȝ noua ſp importāt, et bona ac mala ſperata et inſperata ꝓmiſcue ingerit naturę nūq̄ȝ ocioſa facūditas, quo fit vt euẽta plura ſint, q̄ȝ a nobis mortalib⁹ pſcire poſſint, ⁊ hęc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN